

Die Traditionen des Hochstifts Freising (Ed. Bitterauf), Nr. 342

Dum ego Cozolt presbiter cogitante trado propriam ecclesiam vel quicquid ad ipsam ecclesiam legibus pertinet in loco Sceftilara ad domum sanctae Mariae semper virginis seu sancti Corbiniani confessoris Christi ad Frigisingas, ut pro redemptionem anime meae et pro animas propinquorum et parentum meorum, hoc est ecclesia cum domo ecclesiastico seu quicquid ad ipsam ecclesiam legibus pertinere videbatur, nisi tantummodo tres mancipias quas adhuc nominatim non perstringo, sed illos in mea potestate adhuc esse volo ; aliud vero quodcumque habeo tam in aedificiis quam territoriis cultis et incultis mancipiis iumentis et pecodibus seu in quacumque re sit conquisita et inquisita totum et integrum firmiter trado et condonabo ad domum beatissimae semper virginis Mariae, ut ibidem in perpetuum stabiliter persistat. Haec Pernolf. Kaganhart. Altrih. Spulit. Cundhart. Alauuih. Oadalhart. Uuillipato. Sindeo. Moathart. Actum anno gloriosi imperatoris Hludouuici secundo et anno primo Hlodharii regis in Baioaria indictione VIII. Ego